



# Disputatio medica inauguralis de dysenteria

<https://hdl.handle.net/1874/343309>

DISPUTATIO MEDICA  
INAUGURALIS  
DE  
**DYSENTERIA,**  
*QUAM*  
PRÆSIDE DEO TER. OPT. MAX.  
*Auctoritate Magnifici D. Rectoris,*  
**JOANNIS GEORGII GRAEVII,**  
Politices, Eloquentiae & Historiarum Professo-  
ris Ordinarii,  
NEC NON  
*Amplissimi Senatus Academici Consensu, Nobilissimeque*  
*Facultatis MEDICÆ Decreto,*  
**PROGRADU DOCTORATUS,**  
Summisque in MEDICINA Honoribus & Privilegiis  
ritè ac legitimè consequendis,  
*Publico examini subjicit*  
**PETRUS MINNEMA, SNECA-FRISIUS.**  
*Ad diem 17. Februarii horâ locoque solitis.*



TRAJECTI ad RHENUM;  
Ex Officina FRANCISCI HALMA, Academiæ  
Typographi, clc Ioc xci.

*Prudentissimo Vigilantissi-  
moque VIRO,*

D. L A M B E R T O  
M I N N E M A,  
Pharmacopœo apud Sneca-  
nos fidelissimo, fratri dilectis-  
fimo ,

N E C N O N

F A U T O R I B U S  
E T  
A M I C I S S U I S,

*Hacce Theses Inaugurales*

Offert

P E T R U S M I N N E M A

A U C T O R.



DISPUTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

D E

# DYSENTERIA.

THEISIS. I.



Uandoquidem variae species alvi fluxus  
dantur, placuit mihi tantum de unica  
ejus specie breviter proponere (scilicet  
de Dysenteria) nec non de signis & cau-  
sis, tandemque ipsam curationem ad-  
jungemus.

I I.

Dysenteria est cruenta spermatische ranarum simillima alvi de-  
jectio, cum ventris dolore ac tormentibus, hisce plerumque ad-  
sunt febris, & ejus affectiones, ut vigiliae, sitis, nausea, syn-  
cope, aliaque gravissima symptomata, à diversis causis, è quibus  
hic affectus originem ducere potest, orta.

I I I.

Primo proponimus breviter causas externas, & postea in-  
ternas.

A 2

Inter

SCOTTIA.

## 4 D I S P U T A T I O M E D I C A

Inter causas externas, culpamus aërem contagiosum, id est, peregrinis particulis scatentem, qui in pulmones inspiratus, & cum sanguine ad cor delatus, deinde per totum corpus dispersus, totam massam sanguinis infectat.

Secundo alimenta acida, salsa, austera, immatura, corrupta & alia, quæ putredini valde obnoxia sunt, sicuti in magnis navigationibus videre licet, quando socii navales carnem salitam & corruptam nimis commederunt.

Tertio medicamenta venenata assumta, sicut arsenicum, mercurius sublimatus, aliaque corrosiva, sua acredine intestina erodere valentia.

## I V.

Quidni hæc omnia antedieta adventriculum delata, & ibi in Chylum crudum, acidum, falsum, crassum, viscosum, quasi semi suffocatum conversa, nostro affectui generando ansam præbere possunt.

## V.

Jam ille chylus separatus & ad sanguinem devectus, cum eoque permixtus, totam massam sanguinis perturbat, quidni ex tali sanguine generari possunt multa gravissima symptomata, inter quæ affectus noster non minimum obtinet locum, sicuti antea allegavimus, imo vero plura quam illic enumeravimus.

## VI.

Jam sanguis sua mala mixtione ad intestina delatus, & suis particulis crassis à reliquis secretus, ac in angustissimis arteriolis obstructionem efficiens, erodit suis particulis acribus oscula arteriarum prædictarum, quæ in magna copia se ostendunt in intestinis, ut materia cruenta in magna copia excernatur: & denique culpamus succum pancreaticum, nec non bilem, & fermentum intesti-

## IN AUGURALIS.

intestinorum, quæ omnia simul mixta per acres & salinas particulas oscula arteriarum erodunt, sic ut in magna copia materia cruenta excernatur.

## VII.

Hæc materia, quæ spermati ranarum instar excernitur, est illud mucosum quod naturaliter intestinis adhæret: aliquando etiam membranulæ per acridinem succorum nostrorum eroduntur, & cum dejectionibus per intestina cum magno dolore excernuntur.

## VIII.

Dolor actormina ventris in hoc affectu ab eo dependent, quod sanguis male mixtus simul etiam acidus est, cui adjungimus succum pancreaticum nimis acidum, nec non bilem solito acriorem, hæc omnia simul mixta erodunt atque pungunt intestina, hinc dolores ac convulsiones producuntur.

## IX.

Ex prædicto sanguine non solum hic affectus, sed etiam eodem tempore alii, ut ex sequentibus videre licet, produci possunt, præsertim si à febre originem ducat.

## X.

Nam si aspicimus caput, non vigiliæ inde producuntur, quando sanguis viscosus, salinus, acidus, & simul male mixtus suis particulis acidis, salis, scindens & pungens membranas cerebri, & hinc maximi dolores, adde irregularem impetum spirituum, & inde vigiliæ producuntur?

DISPUTATIO MEDICA

X I.

Sitis oritur, quod sanguis viscosus, crassus, simul ac malè mixtus sua viscositate & mala mixtione illud quod naturaliter per vasa salivalia secernitur desit, vel ob defectum humidi in sanguiae, quia multi humores per intestina excernuntur.

X I I.

Syncope producitur, quia sanguis sua acredine vellicat nervos & fibras cordis, & ideo cor se constringit, hacquè de causa circulatio sanguinis impeditur; vel quia sanguis nimis viscosus, ut ex tali sanguine spiritus animales in minori quantitate secernuntur, & etiam per excretionem sanguinis magnæ copiæ spirituum per intestina excernuntur.

X I I I.

Nausea oritur à fermento acri per malam mixtionem sanguinis in ventriculo producتو, suaque acredine vellicante nervos & fibras ventriculi: aliquando vero hac de causa major vellicatio producitur, deinde vomitus oritur.

X I V.

In quibusdam ægris intestina tenuia afficiuntur, aliis vero crassa, aliis utraque: sed si tenuia afficiuntur dolor acutissimus est, quia tenuia magis membranosa sunt, indequè graviora symptomata metuenda.

Si vero crassa afficiuntur minor dolor animadvertisetur, quia intestina crassa magis carnosa sunt.

X V.

Dicimus quoque Dysenteriam valde esse periculosam ob maximam

maximam quantitatem sanguinis excreti, & horrendas convulsiones atque magnos dolores.

Si vero epidemica est, tanto periculosior, quia semper nova materia corrupta inspiratur.

Senes & pueri ex hoc morbo saepius pereunt, quam in media etate constituti (Hipp. 2. prog.) pueri quidem, quia cito dissolvuntur ob mollitem.

Senes vero, quia viribus sunt exhausti, &c.

## X V I.

Curatio celeriter erit instituenda ob metum, quia ægri aliquando cito de medio tolluntur: hac de causa aliqua medicamenta tam simplicia quam composita propono, quæ sanguinem acidum, salsum, atque succum pancreaticum & bilem nec non fermentum intestinalium acria nimis infringunt, & febrim aliaque symptomata mitigant; verbi gratia.

Radices salsa parille, chinæ, contrajervæ, rabarbar, althææ, cortex cinnamom. chariophilli, nux muschata & oleum ejusdem. Herbæ, scordium, absynthium, ruta, mentha, majorana, salvia, carduus benedictus, cochlearia, becabunga.

Gummi arabicum, tragacanthum, ammoniacum, myrra, terebinthina, nec non omnia balsamica.

Sanguis draconis, oculi cancerorum, crocus, cornu cervi, bolus armenius, terra sigillata, corallum rubrum, lapis hematites, omnia chalybiata, castoreum, caphura, sal absynthii, aliaque familia alcalia, lapis prunellæ, elix: vitæ, spiritus salis ammoniaci, tinctura castorii, diascordium fracaftorii, laudanum opiatum, & multa alia innumera præstantissima medicamenta.

## X V I I.

Ex his aliqua eligere possumus, & pro varietate causarum & naturæ ægrorum formulas præscribere; in primis sequens mixtura ægris datur.

R. ag.

3 DISPUTATIO MEDICA

R. *Aq. menthae*  
Card. *bened.* an. *3ij.*  
*Cinnamomi.* *3j.*  
*Elix. vite.* *3iiij.*  
*Corall. rubr.*  
*Salis prunell.* an. *3s.*  
*Absynthii.* *3j.*  
*Camphora gr.* *vij.*  
*Laud. opiat.* gr. *jss.*

Fiat mixtura per horam unam vel alteram cochleatim detur.

XVIII.

Clyster leniens & abstergens & mitigans dolores in tali formula  
injiciatur.

R. *Rad. althae.* *3j.*  
*Herb. althae.*  
*malvae.* an. *Mj.*  
*Flor. Chamomill.*  
*melilot.* an. *pj.*  
*Coquantur ex lacte dulci ad. 3vij. in colatura dissolve*  
*Thuris subtilis. trit.* *3j.*  
*Vitell ovor. no. ij.*  
*Terebinth. venet.* *3vj.*

Fiat Clyster saepius repetendus.

XIX.

Si dolor ventris valde urgeat, tale cataplasmà abdomini ap-  
plicetur.

R. *Rad. althae.* *3j.*  
*Herb. menthae*  
*Salvia*  
*Ruthae*  
*Absynthii*  
*Scordii*

I N A U G U R A L I S. 9

*Scordii an. Mj.*

*Flor. sambuci pj.*

*Farina lini ȝij.*

Hæc omnia simul coquantur in aquæ puræ q. s ad consistentiam cataplasmatis, postea admisceantur pulveres sequentes,

*Pulv. chariophill.*

*Nucis moschat. an. ȝij.*

*Capsura in sp. vino dissolut. ȝij.*

Fiat cataplasma, cum linteo calidè adhibendum.

X X.

Morbus si sit inveteratus, ut eo tutius sanetur, sequens decoctum præscribatur.

*Rz. Rad. salsa parilla*

*Chinæ an. ȝij.*

*Contraferu. ȝiȝ.*

*Herb. scord.*

*Ruthæ an. Mj.*

*Cochlear.*

*Bocabunge an. Mij.*

*Sem. cydonior.*

*Psylli. an. ȝij.*

Infunde per noctem in f. q. aquæ & postea fiat decoctio. coletur ad lib. quatuor, & in colatura dissolve,

*Salis prunell. ȝiȝ.*

*Ocul. cancer. ȝij.*

Fiat decoctum, de quo sumat æger bis vel ter de die ȝijj

X X I.

Ante omnia nobis restat bona diæta, atque omnia quæ extra rationem sunt vitentur, & præcipue alimenta crassa, salsa, corrupta & multa alia: sed lac, ova, caro ovilla, vitulina &

B juscula

10 DISPUTATIO MEDICA

XVI I.

Idem judicium esto de reliquis rebus non naturalibus, ut sunt motus & quies, excreta & retenta. Sic saepius contingit sputum cruentum a motu nimio vel totius corporis, vel thoracis solum, a risu nimio, quale annotavit *Zac. Lajst. lib. 7. hist. pr. c. 6.* ab altiore respiratione, clamore, tussi fortiori, loquela multa & gravi, uti observavit *Schulz.* in *Eph. Germ. ann. IV. obs. 73. &c.*

XVI III.

Denique animi pathemata obstetricantur huic malo. Sic ira, furor brevis secundum poetam, perturbat spiritus, ac inducit non parvam sanguinis turgescientiam. Miceror, tristitia, pulmonibus maximo pere adversa, ansam dant, dum imminuendo motum acidum acre augent, quod virtute sua constrictoria constringit fibras, & sic vasculorumruptionem infert.

XIX.

Ex praeter naturalium classe culpanda venit suppressio fluxus menstrui, haemorrhagiæ narium, teste *B. Roflinc. in Consil. Med.* haemorrhoidum, quoniam sanguis hic non, uti deberet, per viam ordinariam excernitur, verum ad superiora regurgitat, atque sic ob dyscrasiam & acrimoniam sputum sanguinis inducit. Ita & suum symbolum conferunt catarrathi salsi, casus ab alto, vulnera, ac plura alia.

XX.

Producta nunc hujus symptomatis sunt 1. Tussis, quoniam vix aliter accidere licet, quin sanguis extravasatus irritet internam arteria membranam; quamquam *Rhod. Cent. 2. Obs. 32. & D. Wed.* Praeceptor meus æternum colendus in *Eph. Germ. ann. 2.* annotavit graves haemoptyses sine ulla tussi, tamen hoc evenit ob sanguinis *αιρόντως*, *βιάσεως* confertim & cum impetu profluvium. 2. Respiratio difficultis, siquidem vesiculosum pulmonum substantia loco aëris sanguine repleta, impeditur justa ac debita vesicularum dilatatio: cum ordinario vesiculae illæ deberent patulae esse, ut concidere ac dilatari possent.

XXI.

Enarratis sic causis internis externisque seu procatarcticis, necessarium erit, ut diagnosis tradam, ex quibus nimirum signis dignosci liceat hoc symptoma. Quamquam autem perlonga signorum praecipue imminentis & presentis sputi cruentis enarratione minime indigeat, cum

cum hæc omnia per se jam pateant, veruntamen quedam ratione subjecti & causarum adducere mihi per placet. Ratione ergo subjecti seu partis affectæ attendendum est, an sputum cruentum sit esse essentiale, an vero sympatheticum? & oriatur ab evacuatione quadam sanguinis ordinaria intermissa? An ex faucibus? An ex utroque pulmone profluat? Si uterque pulmo somitem alat, eliminatur purpura vitalis ut plurimum spumosa ac florida æquali ductu per pectus, & tensio gravitasq; æqualis sentitur. Si fauces ansam suppeditant, conspicitur sanguis ruber, paucus, excretus sine ulla tussi, aut saltim non adeo vihementi. Si ex vitio evacuationis intermissæ contingit, signa ipsius sunt inspicienda, & insimul observandus dolor hypochondriorum.

Ratione causarum inquirendum est, an gravitas ac vasorum repletio adsit, & sanguis sine dolore, cum *éphœcia* ercernatur? quod certum indicium præbet, factam esse hæmoptysin per anastomosin. Ulterius considerandum est, an cum dolore quodam ex copia sanguinis acrioris, vel vulneribus, ulceribus &c. contingat? tunc rhixin vasorum indicat. Denique attendendum est, an emergat ex catarro quodam, quod cognoscitur ex sanguine male colorato.

## X X I . I.

Signa prognostica quod attinet, fatendum est, quod perse & in genere lethalis nequaquam dici possit, verum admodum difficilis curatu sit hæc affectio. Nam pulmones, ut subjectum hujus symptomatis, siquæ pars ulla, facilimè corrumpuntur, ac purulentí redundunt: hisic optimè *Cous* pronunciavit *āiquatq; Thōres* *Qdlores*. Reperitur autem curatu difficillimum sputum sanguinis ob motum pulmonum continuum, tenerimamque vasorum conformatiōnem, quæ non promptè consolidari possunt. Attamen curati fuerunt quamplurimi, qui tussiendo sanguinem rejecerunt, uti id testatur *Galen.* *t. v. meib. med.* Periculosum est, si corpori morbo aliquo *v. gr.* scorbuto, calculo &c. affecto contingit. Periculosum est, si obesis obveniat, teste *Lang. in Epist. xi. l. i.* quoniam facile suffocentur ob sanguinem in cellulis pulmonum dērepente ac confertim defluentem. Periculosius est, si ex rhexi & diabrofisi oritur, affirmante *Cels. l. iv. de Medicin.*

Ratione longitudinis & brevitatis notandum est, quod diu durare possit: sicuti exempla apud *Rhod.* in *obj. Bartiol.* in *Att. Haffn.* aliosque observata

12 DISPUTATIO MEDICA INAUGURALIS.

juscula earum, omnia aromata, aliaque multa quæ bonum chy-  
lum producunt sunt laudanda, potus sit cerevisia bene facata  
cui parum nucis moschatæ infundatur, motus corporis sint me-  
diocres, animi pathemata, ut sunt ira & mestitia &c, vi-  
tentur.

---

## COROLLARIA.

I.

*PLurimi morbi à mala constitutione sanguinis  
producuntur.*

II.

*Lac non defertur è ductibus lactiferis ad mam-  
mas, sed è sanguine secernitur.*

III.

*Mulieres pluribus obstructionibus obnoxiae sunt,  
quam viri.*

*Morbilli*

I V.

Morbilli & variolæ periculosořes sunt in adul-  
tis ac senibus, quam in pueris.

V.

In pueris convulsiones minus periculosořes sunt ;  
quam in adultis.

F I N I S.



B 2

In

*In Doctissimum Juvenem*

O P E T R U M  
M I N N E M A,

*Medicinae summum gradum adipiscentem.*

 Rgo, nova est iterum Frisio plectenda Co-  
rona,  
Quæ cingat vestrum, Minnema doce  
caput:

Ante quidem frisius generosa occumbere morti,

Qui decus esse putant, digna Corona fuit.

Sed tibi nunc merito Laurum concedit Apollo,

Inque suum nunc suscepit ille Chorum.

Te quem nunquam vigiles traducere noctes,

Penituit studiis vigilando tuis.

Mores licet atra modos invenit mille necandi,

Tu contra mortem, scis quoque mille modos.

Aegris restituit multis tua cura salutem,

Qui se jam morbo succubuisse putant.

Si quo cepisti, pede vadas semper eodem,

Definet haud umquam crescere fama tui.

Spergeturque brevi totum tua fama per orbem,

Si faveat ceptis precor ipse Deus.

J. V.